



Universitätsbibliothek Paderborn

**Johannis Strauchi[i] Jcti Amoenitatum Juris Canonici
Semestria duo**

Johannis Strauchi[i] Jcti Amoenitatum Juris Canonici Semestre alterum -
Cum Indicibus

Strauch, Johann

Jenae, 1674

Cap. XII. Ad Tit. XXIX. de officio & potestate Judicis delegati.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10241

C A P . XII.

Ad Tit. XXIX. de officio & potestate Ju-
dicis delegati.

S U M M A R I A.

- | | |
|-----------------------------------|------------------------------------|
| 1. Inscriptio Cap. I. | 6. Cap. 5. suppletur ab initio. |
| 2. Bathoniens. Episcopus. | 7. Capitis 6. omissa restituuntur. |
| 3. Cap. 2. inscriptio corrigenda. | 8. Capitulum: Sententiam quod |
| 4. Cap. 4. inscriptio. | in prima collectione est, Ray- |
| 5. Apostolicus quis intelligatur? | mundo non ponitur, & alia. |

*Inscriptio
cap. I.*

*Bathoniens.
Episcopus.
Cap. 2. in-
scriptio
corrigenda,
& supple-
da,
ut & finis
capituli.*

*Cap. IV. in-
scriptio.*

IN primâ collectione primum capitulum est quidem ejusdem Alexandri III. ad London. Episcopum, & incipit: Cum tibi sit. Sed omissum est à Raymundo. Caput autem secundum hujusce collectionis, primum est Raymundo, & inscribitur in Bathoniens. parte 7. c. 1. post concilium Lateranense; Bathoniensi Episcopo. Is Episcopus. Cantuariensi Archiepiscopo subest. Capitulum 2. apud Raymundum Bononiensti Episcopo dirigitur: At in primâ collectione ad Eboracensem scriptum reperitur. Quod verius est. Et ita in concilio de parte 7. c. 3. & parte 36. c. 5. & parte 41. c. 7. Eboracen- si, inquam, non Episcopo ut prima compilatio: Sed Archiepisco po, quemadmodum ex Barcinonensi libro monet A. Augustinus. Addi autem debet inscriptioni: Pars c. Inter ceteras. Quæ verba & Contius habet. Est autem pars ista cap. 4. de re script. & cap. 9. de sentent. & re judic. In fine adduntur in primâ compilatione: Item cum aliqua causa ap. re. (appellatione remota) committitur, & sententia fertur iniqua, eam evacuari oportet, nec ei debet stari, si manifestam continent iniquitatem. Quam lacini- am Raymundus in cap. 9. de senten. & re jud. rejectit. In cap. IV. inscriptio primæ collectionis habetur: Wilhelmo Can. electo. Raymundus: V. Carnot. Electo. Et ita in concilio parte 7. c. 6. In Apostolicus, medio textus, pro his, quæ Raymundus ponit; ab Apostolicâ se quis intelligi de, simpliciter habetur: Ab Apostolico. Ita enim vocabatur Romanus Pontifex. Ita Lupus Ferrariensis epist. 68. Et in Litaniis:

DG-

Domnum Apostolicum conservare digneris. Et passim alibi. Cum tamen superioribus temporibus liceret Metropolitano titulu tribuere Apostolici, cuius moris initia referenda putat P. de Marcâ ad tempora Gregorii Turonensis. Sed sequens ætas abstinuit ab illâ simplicitate, & deinceps Apostolici titulus soli Romano Pontifici tributus fuit: Caput 5. in primâ compilatione incipit: *Sicut Romana: Et infra. Præterea. Scribendum: Pars capituli; Cap. 5. sup-*
Sicut Romana. Nempe cap. 1. de Rescript. In capitulo ipso omisit pletur ab Raymundus post verba; non ordinario, *sine literis commissoriis.* initio. Nempe his, quæ paulò post in textu hoc literæ commissionis dicuntur. In cap. 6. multa omisit Raymundus: Ita compilatio *Capitis 6.* prima: *Quamvis simus multiplicitate negotiorum impliciti & gra-* omissa re-
vibus diversisq; sollicitudinibus occupati, nos tamen cogit præter situuntur. *commune debitum tua fraterna caritas & dilectio, quâ personam,*
tuam diligimus tuis consultationibus respondere, ne videamur in-
discussa relinquere, quæ nobis enodanda tua voluit discretio prese-
tare. Innotescat autem sollicitudini tuæ, quod Judex à nobis delega-
tus causam sibi commissam potest aliis delegare, aut totam audiendam & terminandam, aut etiam ut allegationes audiant & rationes & attestations recipiant & sententias sibi servent, vel ut horum aliquid tantummodo faciant, juxta voluntatem & beneplacitum dele-
gantis. Quamvis non possit eand. causam alii ap. postposita delegare et si sibi sit appellatione re. commissa. Si verò &c. Hæc & Con-
tius restituerat, & addiderunt Gregoriani. Porrò in primâ collec-
tione interjicitur capitulum; Sententiam, ad eundem Wintoni- Capitulum:
ensem Episcopum, quod Raymundus omisit. Similiter post cap. Sententiā,
si quando 8. interponuntur alia, Raymundo omissa, unum ad quod in pri-
Hervordeniem Episcopum, incipiens; Intelleximus. Item alte- mā colle-
rum, cuius initium: Si autem. Et tertium, quod inscribitur: ctione est,
G. Londinen. & R. Wigorn. Episcopis. Raymundo
nō ponitur,
& alia.

C A P. XIII.

Ad cap. X. XVI. & XX. de off. & potest.
jud. del.